

a 1522 ad 1533 = 254. et 294

Petrus Tomicki vicecancellarius Sigismundo
do primo regi Polonia

279

Sacra regia maiestas et domine domine clemen-
tissime. Post perpetuae servitutis et orationum me-
arum humilem commendationem. Cum redirem
nuper ex conventu Varschoviensi, junctus est
vita dominus Sbignerus Podlodoski, qui officium
notariatus terre Sandomiriensis obtinuit, ad
quod quidem officium tametsi ego tum statim
per literas meas commendaverim maiestati ve-
stra serenissima dominum Podkanski vicecapita-
neum Radomiensem; quia tamen dominus Pau-
lus Kolaczkowski aulicus maiestatis vestra pete-
re illud quoque intendit, meque rogavit ut se
apud maiestatem vestram iuvarem quo illud con-
sequi possit; rogo humiliter maiestatem vestram,
dignetur servitutis illius benignam rationem
habere, et si inter alios candidatos electus et de-
signatus fuerit, ei officium notariatus Sandomi-
riensis gratiose conferre. Novit enim sane maie-
stas vestra serenissima, qua fide ac observantia
illam semper coluerit, ac etiamnum colat, et
quam sit iuris communis et regni peritus. Et
proinde recte universae terre Sandomiriensi maie-
stas vestra consuluisse videbitur, si ei virum
tam idoneum constituere notarium dignabitur.
Me et meam humillimam servitatem commen-
do iterum maiestati vestra serenissima, quam
Christus Iesus cum suis omnibus servet nobis
et

et orbi christiano quam diutissime sospitem et
felicem. Datum in Bodzancryn